Beda in expositione hujus loci ad illud: *Percussione maximam mean, ita, inquit, percussisse intelligendi sunt, dum ei in faciem probra et maledicta conjectant, secundum Apostolum, qui iuxta hunc sensum Corinthiis scribat, inter cetera dicens: Si quios in faciem cedit; et quod secutus sit: Secundum ignorabilitatem dico, exposuit quid sit in facie cadi, id est, contemni ac despici. Rupertus item Abbas in cap. 5 Matthiae, ad illa verba: *Si quis te percussit in dexteram, etc.*: Scendunt, inquit, quia Dominus noster, qui haec docet, imprimit vel maxime fecit quae docuit; ipse percutienti maximam praebuit non solum et alteram, sed et totum corpus, ut satraretur opprobriis, juxta illud Isaie, 50, 6: *Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus, faciem mean non averti a increpantibus et conspuantibus.* Istiusmodi nempe saturatus est opprobriis, nec enim invitus, sed pro nimia dilectione nostri sic illa suscepit tanquam panem saturatatis. Singuli ergo nostrum persecutionem quoque pro justitia patientes, demus percutienti maxillam, et saturarem opprobriis, videclet liberetur accipiendo mala presentia, ut futuri aliquando bonis saturaremur.*

VERS. 42. — *CONCLUSIT NE DEUS APUD INIQUUM, ET
MANUS IMPIORUM ME TRADIDIT* (1). Hec quae sequuntur usque ad finem capituli Deo attribuit. q. d.: Sed quid mirer aut querar, cum Deus ipse me iniquorum manibus quasi constrictum tradiderit, in quem quidam
Super aspidem et basilicum ambulabis, et concubacis leonem et draconem, Psalm. 90, 15. Eodem ferè modo Job Deum animo in se gravi et acerbo tanquam hostem describit sibi jam prostrato imminentem et vulneribus ac plagijs ipsum operientem.

quid habemus offendios et acerbatis evocemus, et pro sua libidine vexarem? Vim habet ille dicendi modus: *Conclusit me.* Sic enim Deus electos compedire vixire coelum in arcamurum carcere, ne libertate abundantur et intereant. Illud vero: *Et manibus impiorum me tradidit,* aperte indicat Iohann Christi figuram proutilem, quia traditus est impiorum manibus, et iniquorum furor permissus.

Hebreus habet: *Conclusum tradit me Deus perverso, et per manus improborum declinare me facit, ita nimis ut primum conculerit ipsum Deus, ac deinde non una atque tantum calamitate, sed pluribus exercuit, et a summum vertice ad imos usque pedes doloribus transfixit, ut meritio cum Psalmista dicere posset: Quoniam sagitte tue infixa sunt mihi.*

Alegorice. Positus Christus à Patre quasi signum ad sagitam, quia non minus ipse quām et omnis eius Ecclesie in titulum contra omnes armatas potestas et eorum fallaciam erexit cornutus. Unde quidam ex militibus ejus, 4 Cor. 4, 9: *Spectaculum, inquit, facti sumus mundo, et angelis et hominibus.*

S. Bonaventura, serm. 2 Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini, hunc locum adfert ad probandum quod Christus in passione positus sit in signum charitatis: *Maximum enim, inquit, charitatis signum fuit, quoniam Christus sacra oblatione ipsius, inveniens*

(1) Reductus sum ad paupertatem et miseriam,
TENUIT CERVICEM MEAM, ut antagoniste faciunt cum
eis quibuscum pugnati, decicere volunt.

macus: Εἰ τοι δέ τις τούτου τελεῖται, in manus impio-
ντος. CONFREGET ME, ad terram allisit.
Vincut me Deus iniquo tradidit; perseverat
iudiciorum similitudine. (Grotius.)
SIGNUM, in quod iaceret sagitas. (Menochius.)
Tradidit velut in carcere et angustias.
TENET (DEUS) CERVICEM MEAM, scit tenet milles
cerviem gallinæ, et intorquens illam confregit, ac dis-
persit me. Posuit mihi ubi quasi in signum, seu scopu-
m, in quem omnia sua tela conjicit. Simile habes
Ithren. 5. v. 42. Ita S. Augustinus et Gregorius.
Atra iniquum. Dolorem fortasse intelligit, et mor-
tale improbum, qui nunquam non illum in extremis
gustis constitutum cruciabat. (Menochius.)
TRIVIUS.

sputorum, colaphorum, clavorum, et lancearum sustinere voluit; sic et nos per charitatem esse debemus tanquam in nobile signum contra sagittas castigacionis divinarum, de quibus Job ait: *Sagittae Domini in me sunt; item contra sagittas irritationum humarum, de quibus in Psalmo est: Fili hominem, dentes eorum arma et sagitte, etc., item contra sagittas tentationum diabolicarum, in omnibus sumentes scutum fidei contra tela negissimi.* Ephes. 6, 16: item contra tam multiplices sagittas adversitatis et stat charitas quasi signum immobile. Unde S. Augustinus, tractatus de Laudibus charitatis, tom. 9: Charitas, inquit, inter opprobria secura est, inter odia beneficia, inter rixas placida, inter insidias innocens, iniquitatem gemens, in veritate respirans. Sed hen. huic signo contradicitur per signum odiet et fraudulentem sicut Judas, qui tradidit eis signum Verbi Christi in cruce, eis Job typum gessit, iuxta Simeonis oraculum, *positus est in signum, cui contraderetur*, Luc. 2, 34.

S. Gregorius, lib. 15 Moralium, cap. 6, ad hunc locum ita scribit: Constat quod idcirco signum ponitur, ut sagittarum emissione feratur. Fidelis itaque populus in signum hosti suo est positus, quia cum semper suis iustis impedit, cum suis persecutionibus affligit. Qui enim in hac vita assidue mala tolerat, velut in signo positus, ictus suscipit ferientis. Unde et predictor egregius, cum persecutionum mala toleraret, atque sub persecutione adversariorum generosus, tenebam discipulorum mentem de suis afflictionibus consolans, ait, 1 Thess. 5, 5: *Ipsi enim scitis, quid in hoc positi sumus, ac si eis aperte dicat: Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini? Qui si eterna gaudia querimus, huc ad hoc venimus, ut fieriamus?*

S. Paschasius valde appositum ad hunc locum adfert moralem de anima: Habet, inquit, Christus alias immittere sagittas ad perditionem vita et peccata, alias vero ad vulnerandas animas amore charitatis. Inter quae omnia anima constituta est quasi signum ad sagitam; ut hinc suscipiat vulnera charitatis, ille repelat omnia jacula iniici, quatenus suis triumphat luctibus, et victrix cum corona recipiat paradisum.

VERS. 14. — CIRCUMDEDIT ME LANCEIS SUIS, CONVULNERAVIT LUMBOS MEOS, NON PEPERIT, ET EFFUDIT IN TERRA VISCERA MEA. Lamentatur Job se circumdatum doloribus et serumis, que sunt lanceae seu tela Dei; quod ad internas simul et externas afflictiones referendum. Versabat enim se in omnem partem Satanas, ut Job quantum posset maximum afferret documentum; quam ob causam non abs re circumdiddisse ipsum lanceis suis dicitur potius, quoniam simpliciter lanceis impetrivit, ut significaret ab omni parte in Jobum hostis crudeliter sevissile. Locus hunc expendens Pineda noster: Oisident, inquit, me jaculatores, undique configor jaculis, collimant sagitte universae. Celum jaculator ignem, aether ventum rapidissimum, terra vermes, uxori, domestici

contumelias, demon truces oculos, minas ac terres, et misera hec mea conditio aliorum impendit malorum suspicionem se metum.

Allegoricè hæc verba Christo tribuntur à coronâ militum flagellato. Nam ad instar lanceolarum fuerunt ea flagella taxillata, quibus sacratissimum Christi corpus undique disceptum fuit. Sunt autem taxillata flagella ejusmodi aut colligatis osculis, aut aspicis ferreis et taxillis, que non solùm concutiendi, sed etiam pemgendi et feriendo vim habeant. Vide de flagella istis Andream Malonium in Commentariis ad sextum caput de Sacris Stigmatis, ubi ex non levis note anterioribus ostendit hujusmodi flagella usi fuisse olim apud Romanos, quorum more Christus dominus flagellatus fuit. Accedit, quid flome in ecclesiâ S. Mariae in viâ latâ inter ceteras reliquias ostenditur ejusmodi flagellum, quo Christus flagellatus dicitur. Ex quibus probabiliter habetur Christum Dominum predictis taxillatis flagellis fuisse easum, que accommodatissima erant instrumenta ad speiarios sulcos scindendam eam sacratissimam carnem et sanctissimum corpus, supra cujus dorsum imposita sunt peccata nostra omnia; ut ea purganda et solvenda portaret.

Tropologicè S. Gregorius, lib. 15 Moralium, cap. 6: Bene, inquit, circumdat lanceis dicimur, quia antiquis hostis tentationis sua vulnere ab omni parte nos impedit; sapè enim dum gata restringitur ut libido subjugetur, manus glorie aculeus mentem pulsat; si autem corpus abstinentia afflictione non attenerit, contra mentem libidinis flamma se excitat. Sepè dum servare præconiam nostram, ad tentationem labirintum, et sapè dum possessa effusæ tribulamus, ad avaritiam ducimur, quia viximus colligere quæsumus quod tribulamus. Dum ergo antiqui hostes jacula ubique nos impetuer, recte nunc dicitur: *Circumdedit me lanceis suis.*

CONVULNERAVIT LUMBOS. Hoc ad corporis attinet ex parte synecdochie significatum. Simile quiddam Jeremias luxit, aens, Thren. 5, 13: *Misti in rebus meis filias (hoc est, sagittas) pharetrae sue.* Renu quippe, sicut et lumbi pro corpore toto ponuntur.

EFFUDIT VISCERA MEA. Hyperbole significat denteriam. Non tantum, inquit Philippus et Beda, ex ea toto corpore computrinerat, verum etiam tous intrinsecus sanic liquefecerat, et ita omni intestina in terram conversa fuerant, ut per secreta ab paulatim in terram effusa sint cum sanguine, fele, aliisque humoribus et viscerum ramentis. Septuaginta unus Hebreo et Chaldaeo legunt: *Ἐξίξαν εἰ τὸ γένος μου, effuderunt in terram fel meum.* Quod Hebrei ad literam accipiunt, scilicet fel Jobi non sine miraculo humi fusum fuisse, et tamen ipsum vivisse interim, quod homini naturale est impossibile. Noster optimè, etiam interpretibus Mercero et Bezá, pro felis veritate viscera, scilicet totum pro parte et continuo pro contento, maximè quia fel ad omnem viscerum egestionem ciendam et propellendam à natura datum sit. Vocatur autem fel Hebreo וְלֹא

merah, ab amaritudine, nam felis nihil amarus. Unde ortum est proverbium de his que ingrata nobis sunt et acerba, *παράτερα τὰ γάλακτα, ἵπσατης αμαρισταί, ἵπσατης αμαρισταί.* Sic in Actis ad Simonem Magum Petrus ait, Act. 8, 25: *Εἰ γάλακτα ἵπσαται ἵπσαται, in felte amaritudinis video te esse.* Et vulgo ferè omni lingua adagio dicimus *felle amarus;* summam amaritudinem significantes, quomodo Latini *fellea vocam amara;* et Plautus in Tricento: *Corda in felte sunt sita et acerbo aceto.* Ceterum fel et bilis idem sunt; bilis autem inter humores amaritudinem experatur, unde pro amaritudine ponitur. Felle quoque trascinur, sicut splene ridens, et jecore amarus, et corde sapinus. Quod autem ad presentem Jobi sententiam attinet, videatur esse hyperbole amaritudinis et aegritudini animi, quando ipse dolor bilem aut viscera in terram quasi effundere videtur.

Tale quid habet Jeremias in Threnis suis, dicens, cap. 2, 11: *Couturba sua viscera mea, effusus est in terram jeour meum.* Nam quod hic in fonte est, et Septuaginta vertunt *fel,* ibi per *jeour* intelliguntur, nam in jecore est felis folliculus seu receptaculum. Unde duc, que Jeremias verbis dantur, expositiones huic loco quadrare possunt. Prior est Quinquagesima explicatus, q. d.: Ita sum exanguis factus, ut si jecor, quod est officina sanguinis, omnem succum in terram profundisset. Altera est Martini del Rio, qui putat de tam continuis lacrymis clarum indicium capi, jecor non more suo sanguinem, sed lacrymas breviori compendio genuisse, et jam nihil illi reliquum, unde vel has fabricaretur. Ergo jecoris vel fellis nomine intelligere possumus lacrymas amarissimas, et ex incolas indicari, et hostilibus crudelitatis quasi lanceis haustis evocatas. Illud etiam pateticum inest, significari in Iheso corpore cor, fel, jecor et omnia viscera dolore liquefacta in lacrymas conversa, et, ut dictum est, ab hostibus effusæ. Nec etiam displiceret hic de felle intelligere, quod de jecore apud Jeremiam sic interpretatur Isidorus Clarius, scilicet jecor amoris et affectuum receptaculum veluti humo afflum et in sordibus jacuisse, q. d.: Nihil amo pœ morte et sepulcro. Hoc etiam inclinat Figuerius, qui censem jecor pœ letitiae et gaudentie, quia affectus hujus sodes est. Et siensus esset, q. d.: Omne gaudium amisi.

Allegoricè Isidorus, de Nativitate Domini cap. 47, hunc locum exponit de vulnera lanceæ, quo Christi latus aperitum fuit, per quod ait aliquid addidum fuisse super dolorem vulnerum aliorum seviendo etiam in mortuum. Propterea canens Ecclesia murorem dire lanceæ nominat. Huic alfinis est illa Davidis sententia ex persona Christi loquentis, Psal. 68, 28: *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Quadrantem Christi Jeremie verba, cap. 8, 18: *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mures.* Etsi Theodoretus in Psal. 68, ista omnia alter accipiat quoniam de Christo, tamen de Christo etiam sumit in Diologo primo cum Irenæo lib. 4, cap. 52, cuius uitiorum testimonio ut doceat passibilem fuisse.

Tropologicè S. Gregorius, lib. 15 Moralium, cap. 6:

Etiam interpretibus Mercero et Bezá,

vel 10, explicat de iis qui ex consuetudine peccata peccatis accumulant. Priora siquidem vulnera peccati diabolus sic infert ut solent parvuli spicula jaculari, de quibus et dici potest : *Sagittae parvolorum factae sunt plaga eorum*, Psal. 63, 6. At cum additur sagitta sagittae et culpa culpe, tunc gigas demon evadit, et incurabili vulnera per consuetudinem sic addit, ut possit peccator conqueri : *Circumdedit me lanceis suis, concidit me vulnera super vulnus, irruit in me quasi gigas*. Ubi diabolus figuram mutat et communat arma, nam vice sagittarum parvuli lanceas gigantum assumit. Nam, ut Gregorius assert, antiquis hostis tentaculensis suæ vulnera ab omni parte nos impedit; et vulnera super vulnus homo conciditur, quando peccatum peccato additur, ut culpa vehementius exagetur. Et quia cùm vulnus vulneri additur, vires contra nos antiqui hostis vehementius excrescent, recte subiungitur : *Irruit in me quasi gigas*. Facile quippe inimico resistiri, si non ei vel in multis lapsibus, vel in uno diutius consenitatur; sin verò ejus sausionibus anima subesse conseruerit, quanto se ei frequenter subiicit, tantò eum sibi intolerabiliter facit, ut ei reluctari non valeat, quia nimis malitius adversarius contra hanc ex prava consuetudine devictam quasi more gigantis pugnat. Unde aperte cognoscitur diabolum in principio peccati parvulum parvolorum emittere sagittam, que posset faciliter vinci vel eveli, at per consuetudinem gigantem evadere et quasi hasta Herculis pugnare, ita ut illi nemo possit opponi, dum contra animam ex prava consuetudine devictam more gigantis pugnat. Quare servandum illud D. Hieronymi consilium : *Dum parvulus est hostis, interfice, ut nequita elidatur in semine.*

Porrò hic versus in Hebreo si sonat : *Dirumpit me rupturā super faciem rupturā, incurrit in me sicut potens*. Rupturam autem dicit, quia in eum Deus quasi irrupt, plaga ejus designando et denotando, sic ut continuis et assiduis rupturis sequi invicem contingerent excipientibus affligeretur, nec esset ei ultra requies aut respiratio. Septuaginta verò hoc in plurali effuderunt, dum sic vertunt : *Κατέβασο με πάρω τὴν πτώματι, θράψω τὸ μέρος με δυνάμενον*. Defecernūt me rūnam super ruinam, concurrentur ad me potentes. Vox autem δυνάμενος de militibus passim usurpari solet. Nam ad militiam olim eligebantur qui robore prestatabant, qui et gigantes appellabantur, ut paulo ante annotavimus.

VERS. 16. — *SACCUM CONSI SUPER CUTEM MEAM, ET OPERU CINERE CARNEM MEAM* (1). Per saccum hic vestem lugubrem significat, quam Graeci λούτρα πενθεῖν vocant, quae Varroni dicitur amiculum nigellum. Eā ueste uestebantur in luctu quā publico, quā privato; et à Gracis interpetibus vocatur *habitus angoris* et *luctu*.

(1) Τότε, quod hic *cūs* vertitur, vocem esse Scenarum discimus ex Mischnā. Utuntur eā et nunc Arabes. *OPERU CINERE CARNEM MEAM*, in Hebreo, *cornu meum*, id est, gloria mea dejecta est. Graci : *Robur meum in terra extinctum est*. (Grotius.)

etatis. Sic S. Gregorius Nazianzenus, Carm. 4, vocat *nichil fōrē*, quod S. Ambrosius ad virginem lapsan scribens, quasi verbum ex verbo reddit *lugubrem vestem*; *Ruricūs contritionis signum*; *ali symbolum penitentiae*. Hinc S. Hieronymus de pio munere quod mittebat ad Lucinum ita loquitur in epistola 28, ad illum scripta : « Ego insignia paupertatis et quotidiana symbola penitentiae tibi et sorori tua misi quatuor ciliciora. » Sacrum itaque hoc loco cilicium aut vestem lugubrem liceat appellare. Ut enim lacus pro puto, ita sacrum pro tali ueste interpretum sermone tritus est. *Consure autem saccum super cutem idem est quod saccum induere*, et accingere se saccu, aut impone saccum lumbis vel super lumbos.

Job igitur hic animum suum demissum in usitato luctu et penitentia habitu declarat ac dicat : *Cum nulla pars corporis esset non ulcerosa et saucia, non tamē adhuc mollia linteamina, quia forev vulnera et lenire dolorem possent, sed sumpsi asperum et cilicium saccum*; et ne quidquam ad lugentis ac veri penitentis effigiem decesset, aspersi me cinere, qui à luctu et penitentia sacco dissociari non solet. Quod in sacrī litteris et historiarum monumentis adeo tritum est, ut cinis, et saccum, seu cilicum, luctus, penitentie et humiliatis notis hieroglyphicae consequantur, et veluti adjuvantia validissima pietatis omni genere divinarum Litterarum commendentur. Certè illa duo felicissimo nexu copulata plurimum possunt, ut dupli clypeo teuti Niniuite tela furoris Dei represserunt. Ex quo constat rem hanc peritanquam esse in piorum usq; et jam tum in veteri Testamento ab illis celebratum, qui in Numinis cultu et virtutum ornamenti principatum obtinebant, quales prater Jobum fuere divini vates aliquis summa viri, qui patrem omnium Dei commercio fruenthal; qui imitati quoque ali fructus magnoz è devotionis illo gene percipiebant. Quod Achabas, rex aliquoq; impis et facinoribus, suo exemplo docuit, qui cum Elias sibi minitantem audivisset, et terribilia quadam et acerba denuntiantem, que vivum juxta mortuorum manarent, exhorrescens Numinis manum ac perniciem, quae dannato iam capitū imminere videbatur, operit cilicium carnem suam, jejunavitque, et dormiuit in saccu et ambulavit demissu capite, 5 Reg. 21, 27. Quid igitur inde consequentur? Hoc summissum, ut placatus ad misericordiam Dei mutaret sententiam, iam coeretur jamque violenter sese effundente severitatem. Quare ad Eliam sic inquit : *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus*, etc. Exemplum scilicet a Davide sumperat, qui, si quando res mostissime domesticam disciplinam aut externam politiam regnorum premerent, ad cilicium velut ad sacram anchoram devotè configebat, Psal. 54, 15 : *Ego autem cū mihi molesti essent, indubam me cilicio*; et alii, Psal. 68, 12 : *Posui vestimentum meum cilicium*. Hoc vir magnus thorace indutus, non aheueo, sed divino, et concupiscentie motus frenabat, et ulciscendi libidinem, si quando injuris afficeretur;

(1) Τότε, quod hic *cūs* vertitur, vocem esse Scenarum discimus ex Mischnā. Utuntur eā et nunc Arabes. *OPERU CINERE CARNEM MEAM*, in Hebreo, *cornu meum*, id est, gloria mea dejecta est. Graci : *Robur meum in terra extinctum est*. (Grotius.)

et superbos animi spiritus in summo dominatu comprebant, alborum hominum scelus eluebat, suum purgabat, Dei benevolentiam emerabat. Adeoque insita fuit illa pietas in omnium membris, ut nihil arduum atque difficile et gravioris momenti agredirentur, quin se ante cilicio munivissent ad favorem Numinis, ad animi vim et virtutem parandam. Sic Iuditha magna ausra facinus mulieribus manus corroboravit, et Machabei tela sua exaceruerunt, armaruntque legiones ad Dei bella confienda, de quibus in sacrī oraculis disertè ponitur, sese prius cilicio et cinere cooperuisse. Verum, ut dixi, notables in eo fuerunt prophetae, qui penitentia vexillum atque extolabant, ut virtutum omnium signiferi et dues ad facilitatem.

Hanc igitur pietatem eum in vetustā Ecclesiā tam splendidam tamque in usis viris clarissimis et Deo charis animaduetererent Christiani, non mirum si religiosi et avide sunt eamdem complexi ut instrumentum perfectionis, ut religiosum magnum adjumentum, præsertim cū propè in oculis haberent D. Joannem Baptistam, vivam illam penitentie columnam, mortifications præconem, quam ore, verbis et exemplo in omni vitâ promovere contendit; illam enim in deserto cilicium ferre solitum in evangelie historia monumentis proditum est Matth. 5, 4 : *Haebat vestimentum de pīlis camelorum et zonam pellicēam circa lumbos suos*. Quibus verbis cilicium describitur, qui paternitate quoque illi fructus magnoz è devotionis illo gene percipiebant.

Quod Achabas, rex aliquoq; impis et facinoribus, suo exemplo docuit, qui cum Elias sibi minitantem audivisset, et terribilia quadam et acerba denuntiantem, que vivum juxta mortuorum manarent, exhorrescens Numinis manum ac perniciem, quae dannato iam capitū imminere videbatur, operit cilicium carnem suam, jejunavitque, et dormiuit in saccu et ambulavit demissu capite, 5 Reg. 21, 27. Quid igitur inde consequentur? Hoc summissum, ut placatus ad misericordiam Dei mutaret sententiam, iam coeretur jamque violenter sese effundente severitatem. Quare ad Eliam sic inquit : *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus*, etc. Exemplum scilicet a Davide sumperat, qui, si quando res mostissime domesticam disciplinam aut externam politiam regnorum premerent, ad cilicium velut ad sacram anchoram devotè configebat, Psal. 54, 15 : *Ego autem cū mihi molesti essent, indubam me cilicio*; et alii, Psal. 68, 12 : *Posui vestimentum meum cilicium*. Hoc vir magnus thorace indutus, non aheueo, sed divino, et concupiscentie motus frenabat, et ulciscendi libidinem, si quando injuris afficeretur;

(1) *Facies mea validè ruberantur à fletu, adusta quasi tumidaque reddita est facies mea præ minio fletu. Et super palpebris meas umbra*. Alia exemplaria habent exx. οὐεῖται, quam ut veriores lectionem amplexa est editio Complutensis, et sanctus Augustinus agnoscit, in quo *umbras mortis*, quam Olympiodorus quoque præfert. Auctor Catene Graece in ventre animam intelligit, quam etiam septuaginta significat, et ita explicat : *Anima mea ardet, nec lacrymæ quidquam remittunt*.

(2) *Facies mea combustus est à plancu, et super palpebris meas umbra*. Alia exemplaria habent exx. οὐεῖται, quam ut veriores lectionem amplexa est editio Complutensis, et sanctus Augustinus agnoscit, in quo *umbras mortis*, quam Olympiodorus quoque præfert. Auctor Catene Graece in ventre animam intelligit, quam etiam septuaginta significat, et ita explicat : *Anima mea ardet, nec lacrymæ quidquam remittunt*.

(3) *Tē δὲ οὐεῖται ποὺς ἵη τῆς ιστόθεα, robur au-*

tem meum in terra extinctum est. Rabbi Levi pro cornu transtulit caput, dicens : *Ascendere feci pulvere super caput meum*. Thargum verò pro cornu, gloriam transtulit, dum sic reddit : *Volutavi in pulvere gloriam meam*, id est, pristinam meam dignitatem, antiquum statum meum, qui felicissimus erat. Sic alibi :

Cornu ejus exaltabitur in gloriam, Psal. 411, 9 : *Et exaltabitur cornua justi*, Psal. 74, 11 : *Et exaltavit cornu populi sui*, Psal. 148, 44 : *Et sublimabit cornu Christi sui*, 1 Reg. 2, 10. In quā significatio frequens est hujus vocabuli in Scripturā usus, designatque potentiam, gloriam, perspicuitatem et regnum, desumptu scilicet metaphorā ab animalibus ratione carentibus, quibus hastarum armorumque loco cornua Deus addidit. Qui autem de capite interpretantur, responderunt ad priscum morem lugentum, qui caput pulvere opplebant ad testandum dolorem sum. Sanè caput eminet in homine, ut cornua in cornutis animalibus; hoc autem in magno lustu ciuii, ut cum pulvere aspergebant, ut superiorū cap. 2, vers. 12, tres amici ex communī lugentum usū fecisse memorantur; ubi plura de hoc ritu annotavimus.

VERS. 47. — *FACIES MEA INTUMUIT A FLETU, ET PALPEBRA MEA CALIGAVERUNT* (4). Adhibuit nempe alium quoque lugentum ac penitentium habitum, scilicet amarum fletum, quo ejus facies oculique intumerunt, et visus hebetatus fuit ex humiditate, qua resolvitur à cerebro, et per oculos genasque decurrunt, sicut quotidiana fieri constat experientia. Plurimos autem amissis aut obscurasse oculorum lumen, dum aqua pīli lacrymās et moriori indulgent, res notior est quā ut operosā indiget probatio. Certè David de semipeto fatetur : *Et lumen oculorum meorum non est mecum*, Psal. 37, 11; sed clarius Jeremias in Threnis, cap. 2, 11 : *Defecerunt præ lacrymis oculi mei*, quod est cum eo quod Job hic ait à fletu palpebras suas caligasse, per quas oculos intelligit, partem pro toto. Sic in Psalmis : *Palpebra ejus interrogant filios hominum*, id est, oculi, quibus providentia ipsius innuitur.

Septuaginta versum hunc nonnulli aliter reddunt modo : *Venter meus combustus est à plancu, et super palpebris meas umbra*. Alia exemplaria habent exx. οὐεῖται, quam ut veriores lectionem amplexa est editio Complutensis, et sanctus Augustinus agnoscit, in quo *umbras mortis*, quam Olympiodorus quoque præfert. Auctor Catene Graece in ventre animam intelligit, quam etiam septuaginta significat, et ita explicat : *Anima mea ardet, nec lacrymæ quidquam remittunt*.

(4) *Facies mea validè ruberantur à fletu, adusta quasi tumidaque reddita est facies mea præ minio fletu. Et super palpebris meas umbra*. Alia exemplaria habent exx. οὐεῖται, quam ut veriores lectionem amplexa est editio Complutensis, et sanctus Augustinus agnoscit, in quo *umbras mortis*, quam Olympiodorus quoque præfert. Auctor Catene Graece in ventre animam intelligit, quam etiam septuaginta significat, et ita explicat : *Anima mea ardet, nec lacrymæ quidquam remittunt*.

tant. Fortasse in ventre combusto, id est, siccato atque exhausto corde, significat Jobus exsiccate lacrymarum fonte defecesse lacrymas, quas exsiccat via illarum nimio profusa, aut comprimit stupor et immoderatus dolor.

Hebreus textus habet: *Facies mea conolutata fuit præ fletu*, id est, quasi luto fedata, et deturata solidata. Nam fletus faciem deturpat, et quasi luttamentum facit, quod uno verbo latuare dicitur. Unde Cato: *Postea, inquit, adspicere amurem quam quod clutaveris.* id est, luto infercer, aut fedaveris. Hoc in Jobo conceptu et explicata facile est: siquidem ex lacrymis, et cinere, quo conspersus erat, subactum est lumen, præserium accidente sane, quæ eius facies ita deturata fuit, ut larvam sibi imposuisse videri potuerit.

Si nonnemo fortasse Stoicis imbutus principiis fletum tam uberic vitio vertat Jobo, dicens virum fortem, præserium regem, quales erat ipse, lacrymas dedecere, atque leoni similem effici debere, qui quantumcumque tristiter, vix unquam tamen idecirco rugit aut fremit, vel suspirat, sed tacitus atram intra se bilem concoquit, et in corde dolorem premi; huic respondendum, non quascumque lacrymas, etiam profusa, virum fortē ad eoque regem non dedecere: siquidem supra cap. 4, vers. 20, fletum, et alia iustusmodi externa doloris signa, in calamitatibus moderatae adhibita, cum vera fortitudine ac perfecta virtute quam optimè consistere ostendimus, quinim virum vere fortē, ac virtute prædium, in ipsorum virtutis ac fortitudinis exercitu nonnunquam lamentari, et in clamores lacrymasque irrumperem cum laude posse. Cujus rei luculentum in rege Davide et ipsomet Christo (cujus hic in parte una cum Davide Job typum gessit) habemus testimonium, quem flevisse sapientia in vita et in morte tum in sacris Annalibus evangelistae, tum Apostoli in monumentis suis prodiderunt. Quod doctus Silvanius lib. 6, p. 16 et eleganter notavit: «Christum, inquit, devise legimus, risisse nunquam legimus? Qui in re quoddam sacram velut diluvium miratur et praedicat S. Bernardus, serm. 5 in ramis palmarum, ubi de Salvatore in hunc modum loquitur: «Non soli oculis, sed quasi membris omnibus flevisse videatur ut totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius corporis lacrymas pugaretur.» Handquaquam igitur quaevis lacrymas, sed molles, sed feminæ et irrationales virum fortē, et prudentem dedecent. Ut enim in aquis, sic in lacrymis magna est varietas. Nam sicut inter aquas (ut Anastasius Sinaïta lib. 3 anagogicarum Contemplationum notat) quadam est gentilis, ut Ægyptia, alia que adiri non potest, ut Ammonitica, quadam potabilis, ut fontana, quadam infertilis, ut Hiericuntina, lethalis etiam quadam, ut Æthiopica, sic in lacrymis non absimiliter notare licet distinctionem; nam quadam bona sunt et potabiles, nempe lacrymae devotionis ac pietatis, quæ ex animi religiosa fonte promanantur easque à beatissimis angelis suaviter cibis aliunt Patres, et in vinum quodammodo mutari, adeo ut sanctus Bernardus,

serm. 50 in Cantica, *lacrymas paucitentianas, vimnum angolorum appellare non dubitet, quid in illis sit vita odor, sapor gratia, indulgentia gustus, reconciliatiois juventudis; unde consequens est easdem quoque valde fertiles, quippe quæ copiam bonorum affectuum ingenerant, et intimum actionum, quibus Deus aut placatur, aut conciliatur, aut amplius demeretur.*

Sunt item aliae quedam infertiles, quarum causam rerum amor est, nec virtutis honestatem intuetur, et haec omnia vanæ sunt, quia nullo fructu et temere funduntur, vel etiam ad vanitatem aequalitatem, quales coram, qui (ut verbis dicam Maximi Taurinensis Sermonis in die Cinerum) *falso ex oculorum moere preconia mundana mercantur.*

Reperientur et lethales in flagitiis hominibus, qui impotenti veteratum rerum libidine feruntur, quas adipisci eum totus animi et corporis contentionem non potuerat, praeterea dolore lacrymantur, quod maleficium non patravit. Par scelus eorum est, qui fient ad snadendum flagitium animosque molliendo. Quod scriptores in multeculis animaduertunt, quibus Caecilius falsas lacrymas tribuit; D. Bernardus, epistola 247, eleganter vocat *lacrymas doctas mentiri;* vulgo dicuntur lacryme crocodili ad decipiendum et nocendum comparante. In eadem sunt classæ, qui præ inuidia in alieni felicitate ploratum edunt, vel qui affecti à quicquam injuriis, dum precipiti furore elati uicei vehementer cupunt, nec possunt, lacrymantur. Ad hoc denique genus pertinet omnes qui scelerat ex causa meroe animi et imbre oculorum complentur. Quos dannat, miseratione sacerdos Ambrosius, lib. 10 in S. Lucam, cum agit de lacrymis D. Petri, quem ait lacrymas profundisse, quia culpa illi obrepserat; homines autem sep̄ flere, quod non in culpi incidentur, hoc est, inquit, si non se vindicent, si non oblincent quod improbe euidentur.

Sunt quedam denique indifferentes, quas naturales vocant lacrymas, quæ eas animi motus et affectio naturalis exprimat; quæ nisi pio proposito et honesta voluntate in honum finem et beatum referantur, vacue sunt luce laudis, et præmio carent agniti Deum. Nature tamen utilies esse possunt et valetudini aliquando; quam ob causam fletum puerorum infatum probat Aristoteles lib. 4 Politorum, cap. 17, ubi vetat illos a fletu impediri, eò quod tales ejusfatus et lacrymae pro sint eis ad robur, atque incrementum corporibus eorum suppedinent. Hinc accedit Hippocratis medicorum principis, lib. 6 de Morbis popularibus, sect. 1, monitum illud præclarum, dicentes lacrymas in acutis morbis, si utroq; et ex voluntate fundantur, esse bonas, si preter voluntatem et invitio fluent, malas videntur. Unde etiam hunc celeberratum aphorismum reliquit: *Lacrymae voluntarie malum non sunt, invitis autem decurrentes malum.* Valens quoque ad leniesdam vim doloris animumque levandum solientes viri putant. Quæ de re Petrus Blensis, epist. 49, in hunc modum meminit: *Multis solatio sunt lacrymae, et ex parte maximæ magis-*

studinem doloris immunitum. Dolor siquidem speciem ignis gerit, quia dum plus tegitur, plus ignescit.

Ex dictis, ut opinor, luculentus patet contra Stoicos, non omnes esse lacrymas viro etiam fortis virtutem aut fugiendas, sed quasdam esse laudabilis, quæ ipsum non tantum non dedecant, sed etiam plurimam ornant, quales sunt compunctionis, devotionis et compassionis, quas summi momenta prelata apud Deum esse sanctissimam omnes viri consentiunt. Jobo autem adeo fuerunt familiares, ut eas etiam in florentissima fortuna, in mediis mundi latitias et communis hominum recreatione valuti spirituali quoddam condimentum adhiberent. Hinc in septendecimo illo filiorum convivio, in quo genitibus epulis hilariter indulgebant, ne forte in aliquo peccassent, plus parvus totus compungebatur, et particulares pro is quotidie hostias offerebant, quas, uti par est, compunctionis simili ac devotionis lacrymas Deo gratissimam ubertate irrigebat. Quantum autem compassionis quoque lacrymis deditus esset, abunde inferunt declaravit, dicens, cap. 50, 25: *Flebam quandam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Sunt sibi istissimodis lacryme velut uniones pretiosissime gratissimam Deo, quibus S. Augustinus sacrifici vim nomenque tribuit, in quo sanguis ipsius cordis fundatur. Sanctus quoque Chrysostomus, in Psal. 129, noble quoddam elemosynæ genus esse dicit *tristitia, ingentisca et fere propter eos qui affliguntur.* Est enim actus eximiū amoris erga premium, quæ instar potentissimi sacrificii hominum noxæ et peccata abolerunt, ut divinum oraculum monet, 1 Pet. 4, 8: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Ubi sunt lacrymas compunctionis, subito labes animorum cluntur et perirent.

Haudquaquam sanè vulgaris aut eacteriorum hominum similis fuisse Jobi fletus existimandus est, quo et faciem suam intumuisse et palpebras caligasse proficeret, sed omnino suppar isti Davidis; qui, cùm dixisset regalem se etiam lectum confutu fletu opere plevisse, adjungit, Psal. 6, 8: *Turbatus est à furore oculus meus, vel, ut S. Hieronymus verit, colligavit oculus meus.* Chaldeus dixit: *Östenerbratus est;* Cajetanus: *Tineavit, hoc est, erosus vitatus* quæ est oculus meus, et magnitudine atque frequentia lacrymarum extabuit, sic ut fletis continuatio luminum aieum hauserit et consumperit. Que sane ostendunt, vix unquam illum sine compunctione lacrymisque fuisse, quæ de die et nocte exundarent. Sed hoc Jobi fletus præ Davidis lucet mirabilior et excellenter fuit, quod nullum in peccato fundamentum aut cum delicto commercium habuerit, ut tantò perfectius fletu suo Christi lacrymas praedigaret. Unde subdit:

VERS. 18. — *Hæc passus sum absque iniuriatu manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces* (1).

(1) Cum manus supplices ad Deum elevaret, quas neque rapina, neque alio scelere contaminaveram, (Menochius.)

In Hebreo prima ista verba: *Hæc passus sum, non habentur, uti nec in Greco, sed tantummodo sic: Absque eo quid non sit violentia in manibus meis, etiam para est precatio mea.* Quod Septuaginta vertunt: *Injustum autem nihil fuit in manu mea; deprecatio autem mea inimica, ut cum precedentibus nexus et sensus sit talis, se si dicit: Prae multitudine et gravitate dolorum meorum largissime flevi, ita ut pre nimio fletu facies mea confutata sit et deformata, cum tamen nulla violentia vel iniurias fuerit in manibus meis, quam tu Eliphaz cum sociis mihi exprobasti. Sicut ergo maciei nimium fletum, ita nimii fletis non iniuriantur aut ellam violentiam, sed dolorum sursum acribitatem causam esse protestatur. Vox autem Hebreo *chamas*, quæ propriæ violentiam significat, hic latius sumi videtur, ut etiam quamvis iniuriantur aut injurias notet. Dicunt autem Hebrei Deum non punire gentes nisi propter *chamas*, id est, *violentiam.* Sane propter eam delovit olim mundum diluvio, et Sodomam et Gomorrham cum reliquis urbibus.*

Ceterum duo hic non ad jacontiam, sed ad divinæ veritatis assertiōnem Job commemorant, scilicet manus, id est, opera, *absque iniuriatu, et preces mundas*, quibus omnem Dei cultum sub verâ justitâ religioneque completiūt. Qui enim bene se gerit, nec quemquam iniuriam afficit, dicitur habere manus puras ad iniuriantur. Unde nonnulli hoc membrum referunt ad secundam tabulam, ut sequens ad primam. Nam cujus pura est oratio, Deum plè colit, qui duo potissimum ab homine requirit, scilicet manus et cor. Mansa opera denotant, cor autem cogitationes, quæ in corde completiunt, ut in rembus inchoantur; quapropter dicitur, Psal. 7, 10: *Scru-tans corda et renes Deus.* Sub precatiōne porrò etiam potest sermo comprehendendi. Quibus tribus constant omnia, que ab homine proficiuntur.

Potest ergo sic exprimi Jobi sensus, q. d.: Ecco qualia et quam atrocia fero supplicia, cùm explorata quod possum conscientia semper opera justa cum religioso cultu conjuxerim. Manus enim (ut dixi) es symbolum operationis, et generale instrumentum animi: cum alio tractare cipientis, sermo quidam mentis et tacite voluntatis interpres. Hinc princeps Onofrictorum habitus olim Artemidorus lib. 1, cap. 44, ait manus significare *zysys*, rationem, mentem, sermonem, quod veluti ductu litterarum vel polius opportuno sermone tacitam animorum affectionem declarant. Hinc docte Cassiodorus lib. de Animâ, cap. 16: «Manus, inquit, singulariter datæ sunt ad mutinas cogitationes nostras communiter explicandas. Cum igitur vult animus erga alios vim sibi benevolentia prodere, tendit manem, et in ea veluti cor ipsum, fidem, amorem, et eadem in aliena

Haec atrocia perfero super non iniuriam in manibus meis, id est, non obstante liquidissimâ meâ innocentiam. Haec patior, cùm plus sim, in Deum et homines officiæ funetus. Posterioribus verbis forsitan occurreret voluit illi quod Eliphaz obiecera supra, 13, 4, quod tolleret preces ad eum. (Rossmüller.)